



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies  
Distribvtis**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1637**

S. Austrebertha Virg. 10. Februarii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44055**

Feb.  
ajo-  
ma-  
bus  
ait,  
sed  
nte-  
nq;  
vi-  
e se  
pus  
xi-  
oc.  
la-  
au-  
iti-  
viâ  
cte  
nis  
at,  
ad  
ous  
na,  
ti-  
am  
or-  
in  
n-  
d-  
I-

## S. AUSTREBERTA VIRG. 10. Februarii.

**V**Ndas puella AVSTREBERTA cùm intuere-  
tur, sacro flammæo caput suum vidi involvi.  
Placuit ea forma superbæ; laudavit speculum; imò  
ab eo tempore nihil, quàm Parthenonem cogita-  
vit. Quare nuptias cùm aliter non posset, fugâ  
elusit, fugæ comitem parvulum germanum tra-  
hens. Venturi erat iterum ad aquas, sed quæ ripas  
egressæ mare fecerant. At illa aquis sancti propo-  
siti olim auctoribus non diffidens, non aliter has  
quàm pratum casto pede calcavit: ita non repu-  
gnantibus jam parentibus Agno despensa pro-  
missum multò antè flammeum accepit. Neque  
prole etsi virgo caruit. Paulò pòst in cœnobio  
Pauliacensi matrem virgines salutarunt. Ex his  
fuit, cui sub noctem vox è cælo accidit, moneret  
Antistitiam, omnes, ut è lectulo se proriperent,  
juberet. Dictum, factum. In templum ubi conve-  
nere, cubiculum corruit, & pro dormiente virgi-  
nitate vigilare cælum ostendit. Ampliorem etiam  
hoc curam pro moriturâ AVSTREBERTA habuit.  
Jam enim animam cùm ageret, aliique in auxi-  
lium Cælites excirent, vidi ipsa omnes eo ordi-  
ne, quo compellabantur, obvios sibi venire. Quid  
agimus homunciones? dubitamus pronos in vota  
nostra Superos esse, quândo per nomina citati ad-  
sunt? Ex Sur. & Lippeloo.

Hæc est Christi magna, larga, sola misericordia, quæ  
Iudicium omne in diem servavit unum, & homini to-  
tum tempus ad pœnitentia deputavit inducias: ut quod  
de viris Infancia suscipit, rapit Adolescentia, invadit  
Juventus, corrigat vel Senectus. S.Pet.Chrys.ser.42.

## S. VICTC